

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis ad
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Ipocrisis ad:

Ypocrite

per causas Dei intentioni deseruiunt
seculi quia per ipsa quoque que se
agere sancta ostendunt, non conuersionem
querunt hominum sed auras fauorum.

Gregorius libro XXI. moralium.

Fons proximus:

Unde Gregorius dicit, XXXI *Moral.*, quod
hypocritae

per causas Dei intentioni deseruiunt
saeculi: quia per ipsa quoque quae se
agere sancta ostendunt, non conuersionem
quaerunt hominum, sed auras fauorum.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda*
secundae, 111.2.resp.1 (P. Caramello ed., p.522).

Fons primus:

Hoc itaque inter hos et hypocritas distat, quod isti
infirmi conscii malunt a cunctis de culpa sua
redargui, quam de ficta sanctitate laudari; illi uero et
iniqua se agere certi sunt, et tamen apud humana iudicia
de nomine sanctitatis intumescunt. Isti non metuunt
prauis hominibus etiam de bona actione displicere,
dum supernis tantummodo iudiciis placeant; illi uero
numquam quid agant, sed quomodo de actione qualibet
hominibus possint placere considerant. Isti iuxta modum
suae intellegentiae etiam in rebus saeculi militant causis
Dei; illi etiam

per causas Dei intentioni deseruiunt
saeculi, quia in ipsa quoque quae se
agere sancta opera ostendunt, non conuersionem
quaerunt hominum, sed auras fauorum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31.13 (CCSL 143B,
M. Adriaen ed., p.1568, ll.85-90).